anima vel nō. Sed Aug⁹. xij. ſup Geneſim
ad litterā dicit. ꝙ apl's ſciuit ſe fuiſſe raptum
ſꝫm aīam et nō ſꝫm corpus: neſciuit tñ quali-
ter aīa ſe haberet ad corpus. Vñ poſt longā
inquiſitionē Aug⁹. ꝯcludit dicēs. Reſtat for
taſſe vt hoc ipm cū ignoraſſe intelligamus.
vtrū qñ in terciū celū raptus eſt in corꝑe fue-
rit aīa: quō eſt aīa in corꝑe cū corpus viuere
dr: ſiue vigilantis ſiue dormiētis: ſiue in ex-
taſi a ſenſib⁹ corꝑis alienati: an oīno de cor-
pore exierit vt corpus mortuū iaceret. Sed
vt idē Aug⁹. poſtmodū refert dubitāte apl'o
q̄s veſtrū inde certus ꝛ potuit. vñ q̄ ſuꝑ hoc
loquit̄ magis cōiecturaliter ꝙ̄ ꝑ certitudinē
loquit̄. Ex his apparet ꝙ̄ repᵭenſibiles inue
niunt̄ hi q̄ bonoꝝ tꝑalium falſa venenoſaqꝫ
dulcedine decepti: alienā vitā felicitatēqꝫ ꝓ-
miſſam: aut negāt aut acquirere nolūt. O ꝙ̄
magna multitudo dulcedinis tue deus. O
iocunda facies tua et decora nimis. O beati
qui habitāt in domo tua. Oſtēdiſti te paulo
doctori gentiū: ſicut ꝛ moiſi ꝑmo doctori iu
deoꝝ. Voluiſti vt ille a te electus nō ſolū au
dita ſed viſa referret. Et vñ in ea tantus fer-
uor tanta cōſtantia: tāta ſollicitudo: tāta dili
gentia: tāta deniqꝫ patiētia: niſi qꝛ te viderat
in via cui te exhibuiſti ſꝫm hūanitatē lꝫ immē
ſa luce rutilantē. Et tandē ad terciū celū ra-
pto demōſtrare dignat⁹ es diuinitatē tuā. cla
mat paul⁹. Cupio diſſolui et eſſe cū xp̄o. Et
mihi viuere xp̄s eſt ꝛ mori lucrū ad Philip.
i. ca. Cur o paule niſi qꝛ illa eſt vera vita illa
quieta: illa trāquilla: illa pacifica: illa delitio
ſa: illa ꝑpetua: illa deniqꝫ oīb⁹ bonis repleta q̄
ſequit̄ poſt mortē ꝓ xp̄o: ad quā ꝑuenire nō
pñt niſi qui moriunt̄ cū xp̄o. Hanc paulus
p̄dicauit: hanc deſiderauit: hāc tandē glorio
ſe adeptus eſt. Ad quā nos ꝑducat ieſus fili⁹
dei q̄ viuit ꝛ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amē.

¶ Sermo trigeſimuſterci⁹ de primatu ſcti
petri apl'i et de illius eximij virtutib⁹ atqꝫ de
ipſius petri et pauli martyrio.

TV es petrus. Verba ſunt re
demptoris nr̄i originalit̄ mat. xvi.
ca. et in euāgelio pn̄tis ſolēnitatis
Rutilantia fidei xp̄iane miracula ſatis i vr-
be maxima claruerūt. Inter q̄ illud vnū ꝑad
mirandū fuit ꝯuerſio vicꝫ gētiū romanorūqꝫ
ciuiū facta ꝑ apl'oꝝ petri ꝛ pauli p̄dicationē.
Erant ibi tot ſupſtitiones noxie: tot ad ido-
la vana ꝛ ad demones ſacrificia: tot extructa
artificio mirabili templa falſorū deorum et
alia hmōi. q̄ oīa petro et paulo p̄dicantibus
defecerūt. Ibi nunc colit̄ crucifixus deus et
homo verus q̄ ſedet ad dexterā patris. Ibi
ſacra templa dei veri ꝛ virginis matris: apl'o
rum: martyrū: virginū: et cōfeſſoꝝ a cunctis
fidelibus frequentant̄. Ibi ſedes petri a cun
ctis fidelib⁹ regib⁹ et principibus deuotōne
p̄cipua honorat̄. Ob qđ Leo papa in ſermo
ne feſtiuitatis hodierne ita eleganter romaꝫ
alloquitur. Omniū quidē ſanctarū ſolenni-
tatum chariſſimi totus mundus eſt ꝑticeps
et vnius fidei pietas exigit vt quicq̄d ꝓ ſalu
te vniuerſorū geſtum eſſe recolit̄: cōmunibus
vbiqꝫ gaudijs celebretur. Veruntamē hodi
erna feſtiuitas preter illā reuerentiā quā to-
to terrarū orbe ꝓmeruit ſpeciali et ꝓpria no-
ſtre vrbis exultatōe veneranda eſt vt vbi pre-
cipuorū apoſtoloꝝ glorificatus eſt exitus:
ibi in die martyrij eoꝝ ſit leticie principatus
Iſti ſunt eni viri ꝑ quos tibi euangeliū xp̄i
roma reſplenduit: ꝛ que prius eras magiſtra
erroꝛis: facta es diſcipula veritatis. Iſti ſunt
ſancti p̄res tui veriqꝫ paſtores: qui te regnis
celeſtib⁹ inſerendā multo melius multoqꝫ fe
licius cōdiderunt ꝙ̄ illi quoꝝ ſtudio prima
meniū tuoꝝ fundamenta locata ſunt: e qui-
bus is tibi nomen dedit qui te fraterna cede
fedauit. Iſti ſunt qui te ad hanc gloriam ꝓ-
uexerūt vt ſis ciuitas ſacerdotalis et ſancta:
et ꝑ ſanctā beati petri ſedē caput totius orbis
effecta latius p̄ſidens religione diuina ꝙ̄ do
minatione terrena. Quāuis eni ius imperij
tui terra mariqꝫ diſtenderis: minus tñ eſt qđ
tibi bellicus labor ſubdidit ꝙ̄ ꝙ pax xp̄iana
ſubiecit. hec Leo. Vt aūt tantoꝝ beneficioꝝ
veritatē plenius agnoſcamus de ipo apl'oꝝ
principe petro ꝑncipaliter: et demū de ipo et
paulo in hoc ſermone verba faciem⁹. Dicere
quidē poſſum⁹ cū xp̄o verba ꝓpoſita. Tu es
petrus. i. inter apl'os cōfeſſor fidei ſingularis
ſimus qui et vrbi et toti mūdo lumen euan-
gelicū ꝓtuliſti: vbi de ipo ſanctiſſimo petro
tria myſteria ꝓponimus cōtemplanda.
¶ Primū dicit̄ ꝑeminentie.
¶ Secundū refulgentie.
¶ Tercium patientie.

¶ Qd beatiſſim⁹ petrus ꝑnceps apl'oꝝ fuit
digniſſimū caput eccleſie. ¶ Capitulū. i.

PRimū myſteriū cōtemplandū de beato
petro dr̄ ꝑeminentie. In quo cōſidere-
mus dignitatē eius ex eo ꝙ fuit princeps et
caput apoſtolorum: quod ꝓbare poſſumus
tripliciter.
¶ Primo rōne teſtificationis.
¶ Scdo rōne ordinationis.
¶ Tercio rōne exercitationis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶Primo ꝓbamus petrū fuiſſe aploꝝ caput
et principe rōne teſtificationis. Ita quippe
teſtificant̄ canones ſacri. ſicut pꝫ. xxi. di. c. i.
§. hoꝝ diſcretio. et. c. ī nouo. et. l. di. c. qꝛ tua.
c. hi qui. el. ij. c. ꝯſiderandū. c. fidelioꝝ. lxxix.
di. c. oportebit. lxxx. di. in illis. i. q. i. c. cos. iij.
q. vi. c. duduꝫ. vij. q. i. c. mutationes. viij. q. i.
c. ſi petrus. xxiiij. q. i. c. rogamus. Et de elec.
c. fundamēta. li. vi. Et qꝛ papa canonice ele=
ctus eſt ſucceſſor petri. vt pꝫ. xxi. di. . c. in no
uo teſtamēto. et. ix. q. iij. c. alioꝝ. Ideo eſt ca=
put eccleſie. vt dicit̄. xcvi. di. c. cōſtantinus.
Et eſt vicarius xp̄i. vt ponit̄ extra de trāſla.
ep̄i. c. inter corporalia. et. c. licet. Et in cle. ro=
mani principes. de iureiuran. Et gerit vicē
dei in terris. vt habet̄ extra de tranſac. c. quā
to. ¶Secūdo ꝓbamus petrū fuiſſe apoſto
lorum et totius eccleſie caput rōne ordinatio
nis. Sic vtiqꝫ ſtatuit xp̄s vt poſtq̄ȝ ipe con=
ſcenderet celū: petrus curam gereret eccleſie
ſancte. Nam ſibi dixit Matth. xvi. ca. Tibi
dabo claues regni celoꝝ. ad deſignandū ꝙ
omnes alij quibus poteſtas ligandi atqꝫ ſol
uendi cōcedenda erat: dependentiā haberent
ab ip̄o. vt ſcribit̄. xxiiij. q. i. c. manet. c. quod=
cunqꝫ. Inſuper Luce. xxij. ca. dixit xp̄s be=
nedict⁹. Ego ꝓ te rogaui petre vt nō defici=
at fides tua. ſ. finaliter ſm̄ Nicolaū de lira.
Non enī rogauit vt petrus non caderet: ſed
vt in caſu nō remaneret. Ideo ſequitur. Et
tu aliquādo cōuerſus. i. de peccato ad gratiā
cōfirma fratres tuos. Nō dicit̄ ei qꝛ eccleſia
erat ſibi cōmittenda. Impeltum vero id fuit
quādo vt dicitur Jo. vlti. ca. ter chriſtus illi
dixit. Paſce agnos meos. ¶Tercio ꝓba=
mus petrū fuiſſe apoſtolis ceteris et eccleſie
prelatū ratione exercitatōnis. vt enī ſcribit̄
Actuū. i. ca. Primus ſermonē fecit in electio
ne matthie. Et Actuū. ij. ca. poſt ſuſceptum
ſpiritū ſanctū prim⁹ populo p̄dicauit. Ideo
Anacletus p̄allegato ca. in nouo teſtamēto.
ait. Petrus primus ad fidē populum virtu=
te ſue p̄dicationis adduxit. Et poſt aſcenſio
nem xp̄i primū miraculū factum fuit per pe
trum aſſociatū cū Johanne: cum dixit clau=
do. Argentum et aurū nō eſt mihi: quod aūt
habeo hoc tibi do. In noīe ieſu ſurge et am=
bula: ꝓpter que omnia nō eſt aſcribendū ſu=
perbie ꝙ petrus ſit paſſus in cathedra exal=
tari. Cum humilitate quippe honorē ſue di=
gnitati a chriſto vt predictū eſt inſtitute libē=
ter ſuſcepit. Nam vt colligitur ex itinerario
clementis. Poſtq̄ȝ beatus petrus Antiochie
predicauit: populūqꝫ illum ad fidem cōuer=
tit. Theophilus princeps ciuitatis illi⁹ do=
mum ſuā in baſilicam fecit cōſecrari. In cu=
ius medio excelſam cathedrā fabricauerunt
et petrū vt ab omnibus videri et audiri poſ=
ſet: exaltauerūt. In qua ſedit honorifice tem
poribus cōgruis annis ſeptem. Sed poſt=
modum veniens Romā anno ſecundo im
perij Claudij in romana cathedra ſedit an=
nis vigintiquinqꝫ et vltra. De primo vero
honore eccleſia feſtū celebrat: qꝛ tunc primo
prelati eccleſie ceperunt loco poteſtate et no=
mine ſublimari. Ex quibus oībus deprehē=
dere poſſumus q̄ȝ reprehenſibilis ſit multoꝝ
ignorantia: temeritas et malitia qui p̄latos
eccleſie precipue pontificem maximū: deſpe=
ctos: viles: cōtemptibileſqꝫ inſpicere vellent.
Nam vt de papa loquar ipe a nemine eſt iu=
dicandus niſi a fide deuiet. vt pꝫ. xl. diſt. ca.
ſi papa. Et debet quādoqꝫ ornatus corona ⁊
veſtibus p̄cioſis populo ſe monſtrare ſad ho
norē et gloriā xp̄i q̄m̄ pape Siluestro ⁊ eius
ſucceſſoribus Imperator cōſtantinus dedit
palatiū ſuum lateranenſe et coronā capitis ⁊
veſtimenta imperialia. xcvi. di. ca. Cōſtanti=
nus. Et licet beatus petrus nō legatur cum
tanta magnificentia ſediſſe: tamē id fuit quia
perſecutio recens et ingentiſſima impugna=
bat eccleſiā. Quod pꝫ quia vt ipe nō infra di
cemus iubente Nerone crucifixus fuit. Vñ
Iſidor⁹ in li. de vita et obitu ſanctoꝝ ait. Pe
trus poſtq̄ȝ anthiochenā fundauit eccleſiam
ſub Claudio ceſare cōtra Simonē magum
Romam pergit. ibiqꝫ predicans euangeliū
vigintiquinqꝫ annis: eiuſdē vrbis epiſcopa
tum tenuit. Et trigeſimoſexto anno a paſſio
ne dñi a Nerone vt ipe voluit crucifixus eſt.

¶De abiectione rerum temporaliū et cōfeſ=
ſione chriſti atqꝫ penitētia petri: quibꝫ tanq̄ȝ
p̄cioſis gemmis aīa eius decorata fuit.

¶Capitulū. ij.

SEcundum myſteriū cōtemplanduꝫ de
petro apoſtolo dicitur refulgentie. Re=
fulſit nanqꝫ et virtutibus claruit: atqꝫ ob ſue
vite ſanctitatē ⁊ perfectionē ſignis plurimiſ
et miraculis coruſcauit. Et omnibꝫ alijs di=
miſſis tres in hac p̄te virtutes eius preſtan=
tiſſimas cōſideremus.

¶Prima dr̄ honoꝝ t̄palium deſpectio.
¶Scd̄a ieſu xp̄i filij dei cōfeſſio.
¶Tercia peccati cōmiſſi amara deploratio.

¶Prima beati petri virtus a nobis ꝯſiderā
da: dicitur honoꝝ temporaliū deſpectio. Ut
enim ſcribitur Matthei. iiij. ca. Ambulans

102

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ieſus iuxta mare galilee: vidit duos fratres
ſimonē qui vocat̄ petrus: et andreā fratrē eiꝰ
mittentes rhete in mare. Erant enī piſcato-
res. Et ait illis. Venite poſt me faciam vos
fieri piſcatores hominū. At illi cōtinuo reli
ctis rhetibus ſecuti ſunt eū. Sed a quibuſ-
dam queritur vtrū ſit magis ſm virtutē poſ
ſidere diuitias q̄ʒ illas relinquere. Et pleriqȝ
paupertatē damnantes arguūt. Primo quia
nullus debet exponere ſe ꝑiculo. Sʒ q̄ pau
pertatē ſectatur exponit ſe ꝑiculo ſpirituali
et corporali: ergo nō licet relictis oībus pau
perem vitā gerere. Nam ſapiēs Prouer. ca.
iij. dicebat. Ne forte egeſtate cōpulſus furer
et periurem nomen dei mei. Et Ecci. xxvij.
Propter inopiā multi deliquerūt. Et Ecci
vij. ca. Sicut ꝓtegit ſapiētia: ſic ꝓtegit et pe
cunia. Et Ariſto. iiij. ethicoꝝ. Videtur que
dam ꝑditio ipſius hominis eſſe corruptio di
uitiarū: quia per has homo viuit. Sunt et
de hoc alie auctoritates quas inuenies in ſer
mone de cōtemptu diuitiarū. Secundo ar-
guitur cōtra paupertatē. qꝛ ſm Ariſto. in. ij.
ethicoꝝ. Virtus conſiſtit in medio. ſed ille q̄
omnia dimittit per voluntariā paupertatem
nō videtur in medio cōſiſtere: ſed magis in
extremo: ergo nō agit virtuoſe. Tercio argui
tur quia vltima perfectio hominis in beati-
tudine cōſiſtit. Sed diuitie cōferunt ad bea
titudinē. Dicitur enī Eccle. xxxi. Beatus di
ues qui inuētus eſt ſine macula. Et Ariſto.
dicit in. i. ethicoꝝ. ꝙ diuitie organice deſer-
uiunt ad felicitatē: ergo relinquere omnia et
viuere in paupertate nō eſt ſm virtutē. Quar
to arguit̄. nam dare elemoſynā eſt actus vir
tutis ⁊ deo gratus: ſed pauꝑtas excludit ele-
moſynarū largitionē: ergo videt̄ ꝙ pauꝑtas
nō ſpectat ad virtutē. Contra iſta eſt auctori
tas Hiero. q̄ ait ꝯtra Iouinianū. Legūtur
plurimi phoꝝ diuitias nō tm̄ cōtempſiſſe ſʒ
etiā abieciſſe q̄ſi impedimentū ſapīe et virtu-
tis. Et de his Lactantius li. i. diui. inſtitu.
inq̄t. Nam ⁊ abieciſſe quoſdā res familiares
ſuas et renunciaſſe vniuerſis voluptatibus
cōſtat. vt ſolā nudāqȝ virtutē nudi expediti-
qȝ ſequerent̄. Et Seneca in li. de moribꝫ ita
ſequit̄. Multis ad philoſophandū obſtite-
re diuitie: paupertas aūt expedita ſecura eſt.
Et de Socrate Hiero. ad paulinū notauit
illud qꝺ ponit̄. xij. q. ij. ca. gloria epi. §. ſocra
tes. Socrates ille Thebanus homo quon-
dam ditiſſimus cū ad philoſophandū athe-
nas ꝑgeret: magnū auri pondus ꝓiecit: nec
putauit ſe poſſe ſimul et virtutē et diuitias
poſſidere. Ad primū itaqȝ obiectū responde-

Tho. ſa ſe. q. clxxxvi. ꝙ ille qui oīa dimit-
tit ꝓpter xp̄m nō exponit ſe ꝑiculo: neqȝ ſpiri-
tuali neqȝ corporali. Spirituale enī pericu-
lum ex paupertate ꝓuenit quādo nō eſt vo-
luntaria qꝛ ex affectu cōgregandi pecunias
que patiunt̄ illi qui inuoluntarie ſunt pau-
peres: incidit hō in multa peccata. Iſte autē
affectus deponit̄ ab his q̄ voluntariā pau-
pertatē ſequunt̄. Magis aūt dn̄atur his qui
diuitias poſſidēt. Corꝑale etiā ꝑiculū nō im
minet illis qui intentione ſequendi xp̄m oīa
relinquunt: diuine ꝓuidentie ſe cōmittentes
Vn̄ Augꝰ. dicit in li. de ſermone dn̄i de mō-
te. Querentibus regnū dei ⁊ iuſticiā eius nō
debꝫ ſubeſſe ſollicitudo ne diuitie ſibi deſint
ꝓpterea ſaluator noſter Luce. xxij. dixit diſci
pulis ſuis. Qn̄ miſi vos ſine ſacculo et pera
et calciamētis nunq̄d aliquid defuit vobis.
Ad ſecundū argumentū rn̄det ſanctus tho.
ꝙ mediū virtutis ſm ph̄m in. ij. ethicoꝝ ac-
cipitur ſm rōem rectā nō ſm q̄ʒtitatē. Nam
milo crotonienſis vnū bouē comedebat in
die nō grauatus ex eo: hic fortiſſimus erat et
robuſtiſſimꝰ valde. Alius aūt fruſto panis
ſm ſue nature cōditionē ſuſtentat̄: nō accipit̄
ergo mediū virtutis inter iſtos duos. vt. ſ. ſu
peraddat̄ cui ſufficit fruſtū panis et deinde
diminuat̄ miloni vt tm̄ vnꝰ q̄ʒtū alter come
dat. Sed accipit̄ mediū ſm ꝙ dictat rō vicʒ
ꝙ vnuſq̄ſqȝ comedat ſm ꝙ requirit cōditio
cōplexionis ſue. Ideo quicq̄d fieri pt̄ ſcōm
rōem rectā nō ē vicioſum ex magnitudīe q̄ʒti
tatis: ſed magis virtuoſum. Eſſet autē ꝓter
rōem rectam ſi q̄s oīa ſua ꝯſumeret in intem
perantia: laſciuia: cōuiuijs et hmōi vel abſqȝ
vtilitate. Eſt vero ſm rationē rectā ꝙ aliq̄s
diuitias abijciat vt cōtemplationi vacet at-
qȝ vt xp̄m ꝑfecte ſequat̄. Ad terciū qꝺ obijcie
batur rn̄det ſanctus tho. ꝙ duplex eſt beati-
tudo ſiue felicitas. Vna quidē ꝑfecta quā ex-
pectamus in futura vita. Alia aūt imꝑfecta
ſm quā aliqui dicunt̄ in hac vita beati. Pre
ſentis vero vite felicitas eſt duplex. Vna qui
dem ſm vitā actiuam. Alia ſm vitā cōtem-
platiuam. vt ptʒ ꝑ Ariſto. in. x. ethicoꝝ. Ad
felicitatē vite actiue que cōſiſtit in exteriori-
bus operationibus diuitie inſtrumentali-
ter coadiuuant. qꝛ vt philoſophus dicit in. i.
ethicorum. Multa operamur per amicos:
ꝑ diuitias: et ciuilem potentiā ſicut per que-
dam organa. Ad felicitatē autē cōtemplati-
ue vite diuitie nō multū operant̄: ſed magis
impediunt inquantū ſua ſollicitudine impe
diūt animi quietē q̄ maxime neceſſaria eſt cō
templatōi. Et hoc ē qꝺ phs dicit in. x. ethic.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ ad actiones multis opus eſt: ſpeculanti ve
ro nullo taliū. ſ. exteriorꝝ bonorꝝ. Ad futurā
vero beatitudinē ordinat᷑ aliq̄s ꝑ charitatē
ad quā efficaciter ꝑducit volūtaria paupꝑtas
Propterea xp̄s dixit Matth. xix. ca. Uade
et vende oīa q̄ habes ꝛ da pauperibꝫ et habe-
bis theſaurū in celo. Ad quartū argumentū
rn̄det Grego. ſup Ezechielē. Ex illi q̄ ex poſ-
ſeſſis rebus ſubſidia egentibꝫ miniſtrant in
bonis q̄ faciunt ſacrificiū offerūt ex eo ꝙ ali
quid deo immolāt ꝛ aliq̄d ſibi reſeruāt. Qui
vero nihil ſibi reſeruāt: offerūt holocauſtum
qđ eſt maius ſacrificio. Et ſi diceret᷑ ꝙ ſic re-
linquēs oīa et viuēs in paupertate liberalis
eſſe nō pt: cū liberalitas in datione pecunia-
rū cōſiſtat. Rn̄det Franciſcus in ſuo tracta-
tu de virtutibꝫ. ꝙ paupꝑ pt eſſe liberalis habi
tu genito ex actibus interioribꝫ qꝛ ſi haberet
gratis daret: Cuius ſignuꝫ eſt qꝛ ſubito po
teſt homo priuari bonis fortune: ſed non bo
nis virtutis.

Qꝛ petrus cōfeſſus eſt xp̄i diuinitatē.

Secūda virt⁹ petri a nobis cōſideranda
ē iēſu xp̄i filij dei cōfeſſio. Cū eni vt ſcribit᷑
Matth. xvi. c. interrogaſſet diſcipulos xp̄s
Quē dicunt hoīes eſſe filiū hoīs: et illi dixe
rūt. Alij heliā. alij ieremiā. alij iohannē ba-
ptiſtā. aut vnū ex ꝓphetis. In Jeremia dicit
Nico. de lira fuit excellēs patiētia in aduer-
ſis. In helia zelus veritatis. In iohānne au
ſteritas vite. Subdidit xp̄us. Uos aūt quē
me eſſe dicitis. Rn̄dens petrus dixit. Tu es
xp̄s filius dei viui. At ieſus ait illi. Beatus
es ſimon bariona. i. filius iohanna. Bar idē
eſt ꝙ filius iona ponit᷑ ꝑ diminutionē ptra-
cta media ſillaba ꝓ iohanna. Sequit᷑. qꝛ ca
ro et ſanguis nō reuelauit tibi. i. homo mor
talis nō docuit te iſtā veritatē ſed pater meus
Et ego dico tibi: qꝛ tu es petrus. id eſt con-
feſſor petre vere q̄ eſt xp̄s. Et ſup hanc petrā
quā cōfeſſus es. ſ. ſup xp̄m edificabo eccleſiā
meā. Sed hic orit᷑ difficultas vtrū confeſſio
fidei ieſu xp̄i ſit ad ſalutem neceſſaria. Et ad
hoc dicit ſanctus Tho. ſa ſe. q. iij. ꝙ cōfeſſio
fidei cadit ſub p̄ceptis affirmatiuis que non
obligant ad ſemper ſed ꝓ loco et tempore: et
ſm alias circumſtantias debitas ſm quas
oportet actū humanū limitari ad hoc ꝙ ſit
actus virtutiſ. Cōfiteri ergo xp̄m nō ſemper
nec in quolibet loco eſt de neceſſitate ſalutis:
ſed aliquo loco et tpe: q̄n ſcꝫ ꝑ omiſſionē hu-
ius cōfeſſionis ſubtraheret᷑ honor deditus
deo vel etiam vtilitas ꝓximis impendenda
puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret:
et ex hoc crederetur vel ꝙ nō haberet fidem:
vel ꝙ fides nō eſſet vera: vel alij per eius ta-
citurnitatē auerterent᷑ a fide. Si autem tur-
batio infidelium oriatur de cōfeſſione fidei
manifeſta abſqꝫ vtilitate fidei vel fideliū: nō
eſt laudabile in tali caſu fidem publice confi
teri. Unde dn̄s dicit Matthei. vij. ca. Noli
te ſanctum dare canibus neqꝫ margaritas ve
ſtras ſpargere ante porcos ne ꝯuerſi diſrum
pant vos. Sed ſi vtilitas aliqua perueniret
vel adeſſet neceſſitas: tūc cōtempta turbatio-
ne infideliū debet hō fidem publice cōfiteri.

Utrū petrus negando xp̄m peccauit.

Tercia virtus beati petri a nobis conſide
randa ē peccati cōmiſſi amara deploratio.
Poſtq̄ꝫ eni xp̄m vt hō nondū in gr̄a cōfirma
tus ter ꝑ timore negauit: cū reſpexiſſet in eū
p̄ijſſim⁹ ieſus: vt ſcribit᷑ Luce. xxij. ca. Egreſ
ſus foras fleuit amare. Sed in hoc loco dili
genter eſt ꝑſcrutandū an petr⁹ negādo xp̄m
peccauit mortaliter. Et quidā inuēti ſunt q̄
dicere voluerunt ꝙ nō: ex eo ꝙ non negauit
xp̄m ex timore ſed amore nolēs ab eo ſepara
ri. Sciebat eni ꝙ ſi dixiſſet ſe eſſe diſcipuluꝫ
xp̄i ſtatim fuiſſet eiect⁹ et ſeꝑatus ab eo. Iſta
opinio falſa eſt a cunctis doctoribꝫ improba
ta. Nam ſanct⁹ Tho. ſa ſe. q. xxv. ar. xij. ſi-
ue vltimo argu. ij. expreſſe dicit. petrus negā
do xp̄m peccauit mortaliter. Grego. inſuper
in omelia de ſpo ait. dū mori timuit vitā ne-
gauit. Hiero. ſup mattheū. Rabanus ſuper
mattheū. et Grego. iij. moral᷑. idē cōfirmant
ſcꝫ petrū in illa negatōne grauiter deliquiſſe
Et Leo papa in ſermone de paſſione ita re-
fert. Ob hoc autē heſitare ꝑmiſſus eſt petruſ
vt in eccleſie principe remediū penitentie re-
conderet᷑: et nemo auderet de ſua virtute cōfi
dere. Criſoſto. inſup in ſermone ſic loquit᷑.
Jccirco diuine ꝓuidentie ſecretuꝫ ꝑmiſit vt
primus ipe laberet᷑ petrus quo erga peccato
res duriorē ſniam ꝓꝓrij caſus intuitu tempe
raret: petrus eni orbis terrarū doctor et mgr̄
peccauit ꝛ veniā impetrauit: vt hec indulgen
tie norma ꝛ regula iudicantibꝫ preberet᷑. hec
Criſoſto. Ex his dictiſ claret petrū a pctō ex
cuſari nō poſſe. Ueruntn̄ orit᷑ difficultas nō
parua ex ꝟbis leonis pape i ſermone de paſ-
ſione ſic ad petrū loquētis. Uidit in te dn̄s
nō fidē fictā: nō dilectionē auerſam ſꝫ cōſtan-
tiā fuiſſe turbatā. Sꝫ pctm̄ eſſe nō pt cū dile
ctione ꝛ charitate: ergo minime petr⁹ pecca-
uit qui dilectionē et charitatē nō ꝑdidit. Ad
hoc rn̄det ſanct⁹ tho. vbi. ſ. ꝙ charitas amit
titur dupliciter. Uno mō directe per actua-
lem cōtemptū: et ſic petrus charitatē nō ami-
ſit. Alio modo indirecte q̄n quis committit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliquid ꝯtrariū charitati ꝓpter aliquā paſſio
nē ꝯcupiſcētie vel timoris. et hoc mō petrus
cōtra charitatē faciēs charitatē amiſit ſed eā
cito recuperat dū lachrymas ꝯtritōis effudit
Neqꝫ tāta fuit deformitas eius culpe quāta
ꝓ illa pnīe plenitudo. Nec ſolū ꝓ peccato cō
miſſo plorauit. Quinimmo fertur ꝙ ſemper
in ſinū ſudariū portabat quo crebro fluentes
tergebat lachrymas. Quia qñ dulcedinis et
locutōnis et penitentie dñi memor erat ꝑ ni-
mia amoris ſuauitate lachrymas continere
nō poterat.

¶ De martyrio petri ⁊ pauli qđ cōſideratur
reſpectu temporis: reſpectu cauſe: et reſpectu
modi. ¶ Capitulū. iij.

Terciū myſteriū cōtemplandū de beato
petro dꝛ patiētie. in quo innuemus pa-
tientiā illius in toleratione martyrij: de quo
tria cōſideremus.

¶ Primo dubeitatem.
¶ Secundo cauſalitatem.
¶ Tercio modalitatem.

¶ Primo cōſideremus dubietatē: an petrus
et paulꝰ paſſi ſint eadē die. Et quidā dixerūt
ꝙ eadē die reuoluto anno Sed cōtra iſtos ē
auctoritas vniuerſalis eccleſie q̄ in orōne ſic
deū deprecaꝛ. Deus q̄ hodiernā diem aplōꝝ
tuoꝝ petri et pauli martyrio cōſecraſti: da ec-
cleſie tue coꝝ in oībus ſequi preceptū ꝑ quos
religionis ſumpſit exordiū. Et Dionisius q̄
coꝝ interfuit martyrio vt inferius dicet nar
rat qualiter eadē dei ſimul et anno paſſi ſunt
Idē refert Leo papa in ſermone. Hiero. ve
ro in li. de viris illuſtribꝫ inq̄t. Anno Nero
nis ſecūdo paulus romā vinctus mittit et ꝑ
bienniū in libera manēs cuſtodia aduerſus
iudeos diſputauit. deinde a Nerone dimiſ-
ſus euangeliū in occidentis ꝑtibus ꝑdica-
uit. Quartodecimo vero neronis anno eadē
die quo crucifixus eſt petrꝰ capite truncatus
eſt. Et in hoc cōcordant ꝑiter oēs ſancti. Et
licet eadē die paſſi fuerint: ordinauit tñ Gre-
go. vt ipa die ſpecialius q̄ ad officiū fieret ſo
lennitas petri et in ſequēti die cōmemoratio
pauli. tū qꝛ eadē die fuit dedicata eccleſia ſan
cti petri. tū qꝛ maior eſt dignitate. tū qꝛ prior
eſt cōuerſione: et prior vrbē intrauit. ¶ Se-
cundo cōſideremꝰ cauſalitatē: quā. ſ. ex cauſa
petrus et paulus innocētes et ſancti ad vio-
lentā mortē cōdemnati fuerūt. Ad qđ reſpō-
dere poſſumus ꝙ tria cōcurrerunt que illos
bonos et omni ſanctitate fulgentes coegerūt
ad mortem.

¶ Primū fuit romanoꝝ ſupbia.
¶ Scōm neronis ſeuitia.
¶ Terciū ſimonis magi malitia.

Primū fuit romanoꝝ ſupbia. nam xpianos
ꝑſecuti ſunt nō qꝛ xp̄m ꝑdicabāt: ſed qꝛ ipm
ſine ſenatus auc̄te deificatū aiebāt: qđ ipi de
noīe fieri ꝓhibuerāt. vt ſcribit in hiſtoria ec
cleſiaſtica. Nā cum Pilatus quadā vice ad
Tiberiū eplās de xpo miſiſſet: ipeqꝫ Tiberiꝰ
eius fidē a romanis recipi aſſentiret: ſenatus
oīno reſpuit: ex eo ꝙ nō ſui auc̄te deus voca
tus fuit. Et licet Titus liuiꝰ in ꝓhemio di-
cat in laudē romanoꝝ. Ceterū aut me amor
negocij ſuſcepti fallit: aut nulla vnq̄ reſpubli
ca: nec maior: nec ſanctior: nec bonis exēplis
ditior fuit: nec vnq̄ ciuitatē tā ſero auaricia
luxuriaqꝫ immigrauerīt. Tñ neſciuit aut no
luit ipe Titus liuius agnoſcere romanoꝝ ſu
perbiā q̄ ſe deos extimabāt: et vt Augꝰ. dicit
in ꝑncipio primi li. de ciui. dei. Hoc qđ deiē
affectabāt amabātqꝫ ſibi in laudibꝫ dici: pce-
re ſubiectis ⁊ debellare ſupbos. Et vt ꝑdictū
eſt nolebāt vt q̄s ꝓ deo coleret abſqꝫ illoꝝ
licentia et auctoritate. Scōm qđ cōcurrit vt
apli ſancti violenta morte extinguerent: fuit
neronis ſeuitia. Ipe tūc romanis imperabat
qui vt Horoſius Eutropius et reliqui ſcri
ptores romanoꝝ rerū tradūt flagitioſiſſimꝰ
et iniquiſſimus fuit. De quo etiā Johannes
de ſaberys in policratone li. i. ita ait. In tan
ta mole imperij oēm poſuis eſt grauitatē: phi
loſophiā ꝑſequens quaſi maieſtatis imperij
inimicā. Et nobiliora ingenia veritus ſe cō
ſilijs ſubdidit hiſtrionū. Cū vero eſſet oīm
auariſſimus adeo vt nulli quodcūqꝫ officiū
delegaret: quin ꝓſequeret: noſti q̄d mihi opꝰ
eſt: aut illud ſubijceret. Qui oībus ꝑeſt oībꝫ
indiget hiſtrionibꝫ et mimis pecunias infi-
nitas erogare nō grauabat. Singulos ꝓut
q̄buſqꝫ placuerat ampliſſime dignitatꝫ noīe
ſublimabat. Alios patricios: alios ſenatores
dicere hos illuſtriū ſpectabiliūue noībꝫ illu-
ſtrabat. hec ille. Qui aliter appellari ſolet po-
licratus: et fuit natione anglicus. Et ne vi-
cijs neronis diutius immoremur: illud tñ
afferamus in mediū ꝙ anno etatis ſue. xxxij
Eutropiū fugiēs ad quartū ab vrbe lapidē
ſemetipm interfecit. Terciū qđ concurrit vt
ſanctiſſimi petrus et paulus martyrio coro-
narent fuit Simonis magi malitia. Hic vt
ſcribit in itinerario clementis ſerpentes ene-
os faciebat moueri: ſtatuas eneas lapideaſqꝫ
ridere et cantare: multaqꝫ huiuſmodi exerce-
bat veneficijs et incantationibus magicis:
ꝓpter que neroni chariſſimus erat. Victus
tamē ⁊ ſupatus q̄ſepe ab aplis petro ⁊ paulo
virtute xpi: cū tentaſſet volare: vt Leo papa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teſtatur: orante paulo et petro imperante an
gelis ſathane vt eũ relinqueret: quē ꝑ aera ſe
rebant cõtinuo corruit: fractiſq; ceruicibꝫ ex
pirauit. Qua de re iratus Nero dedit eos in
manibꝫ paulini viri clariſſimi: et paulinꝰ tra
didit eos in cuſtodia mamortini ſub cura mi
litũ ꝓceſſi ⁊ martiniani. Quos milites petrꝰ
ad fidē xp̄i ꝯuertit: et cõperto ꝙ xp̄iani eſſent
capite ceſi ſunt. ¶ Tercio cõſideremꝰ moda
litatē: quo. ſ. mõ petrus et paulus martyrio
coronati ſunt. Et in hoc ſtandũ eſt Dioniſis
ariopagite q̃ de hoc ſcribit in ep̄la ad Thi-
motheũ. Nã poſt multa ſigna et ꝓdigia que
dñs ꝑ ſuos ap̄los dignatꝰ fuit operari: petrus
tanq̃ alienigena iuſſus eſt crucifigi: paulus
vero q2 ciuis erat romanus capitalē ſniam
ſubijt: qua lata dicit Dioniſius. O frater mi
thimothee ſi vidiſſes agones ꝯſummatõis
ipoꝝ defeciſſes quidē pre triſticia ⁊ dolore.
Quis nõ fleret illa hora qñ preceptũ ſenten-
tie egreſſum eſt in eos vt petrus crucifigeret
et paulus decollaret. Vidiſſes tũc turbã iu-
deorũ ⁊ gentiliũ ꝑcutiētes eos et expuētes in
faciē ipoꝝ. Adueniente aũt terribili t̄pe con
ſummatõis ipoꝝ cũ ſepararent ab inuicē: liga-
uerũt columnas mũdi nõ vtiq; abſq; fratrũ
gemitu ⁊ ploratu. Tunc inq̄t paulus petro.
Pax tecũ fundamentũ eccleſiaꝝ ⁊ paſtor oui
um et agnoꝝ xp̄i. Petrus aũt ad paulũ ait.
Vade in pace p̄dicatoꝝ bonoꝝ mediator et
dux ſalutis iuſtoꝝ. Cũ aũt elongaſſent eos
ab inuicē ſecutꝰ ſum magiſtrũ meũ. Nõ enĩ
in eodē vico occiderũt eos. hec dioniſiꝰ. Pe-
trus igit̄ ꝑductus ad paſſionis locũ crucifi-
xus eſt habens pedes ſurſum et manus deor
ſum: vt Leo et Marcellꝰ teſtant̄. Tũc petrꝰ
vt ſcribit egiſippus de cruce dicere cepit. Te
dñe imitari optaui: ſed rectuſ crucifigi nõ v-
ſurpaui. Tu ſemꝑ rectus et excelſus ⁊ altus
Nos primi hoĩs filij q̃ caput ſuū demerſit
in terrã: cuiꝰ lapſum ſignificat ſpeciei gene-
ratõis humane. Sic enĩ naſcimur vt ꝓni in
terrã videamur effundi. Inter hec ⁊ ſilia ver
ba gr̃as agēs deo et fideles cõmendãs ſpiri-
tum emiſit. Tũc marcellꝰ et apuleius fratres
diſcipuli eiꝰ eũ de cruce depoſuerũt et diuer
ſis cõdientes aromatibꝫ ſepelierũt. Paulus
vero cum ad locũ paſſionis duceret̄ in porta
hoſtieſi ſ̄m Dioniſi. matronã quandã noĩe
plantillã obuiã habuit q̄ flens orõnibꝫ ſuis
ſe ꝯmēdabat. Cui paulꝰ. Vade plãtilla eter
ne ſalutis filia: comoda mihi veluꝫ q̃ caput
tuũ tegis et inde oculos meos ligabo ⁊ poſt-
modũ illud tibi reſtituã: qđ illa libēter effecit
Cũ aũt ad locũ paſſionis veniſſet ad orientē
verſus ⁊ manibꝫ in celum extenſis orauit cũ
lachrymis et gr̃as egit. poſt hec valefaciens
fratribꝫ ſuſpexit in celũ muniēs frontē et pe
ctus ſuũ ſigno crucis oculoſq; ſuos de velo
plantille ligauit: et vtrũq; genu in terrã defi-
gens abſq; triſticia et cõpulſione collũ exten
dit: et ſic decollatus eſt. Mox q; caput eius a
corꝑe exiliens ieſus xp̄s hebraice clara voce
inſonuit. De eius vero vulnere vnda lactis
vſq; ad veſtimēta militis emanauit: et poſtea
ſanguis effluxit. In aere lux immēſa emicu-
it: de corꝑe odor ſuauiſſimꝰ ſpirauit: ꝑcutien
te aũt carnifice et amputãte caput pauli: tũc
in ipo ictu paulus explicuit velũ et collegit
ſanguinē ꝓpriũ et inuoluit eũ illaq; hora ap-
paruit plantille tradiditq; velũ cũ ſanguine
Et reuerſo militi carnifici dixit plãtilla: vbi
dimiſiſti magiſtrũ meũ paulũ: Rñdet miles
cũ ſocio iacet ibi extra vrbē in valle pugilũ
et velo tuo velata eſt facies eius. Ipa aũt rñ-
dens ait. Ecce nũc intrauerũt petrus ⁊ pau-
lus induti veſte p̄clara et coronas fulgentes
habebãt in capitibꝫ ſuis. Et ꝓtulit velũ ſan-
guine cruentatũ et monſtrauit eis: ꝓpter qđ
opus q̄plures crediderunt dño et facti ſunt
xp̄iani: Aſſerit etiã Dioniſiꝰ ap̄los ibi appa-
ruiſſe. Attende inq̄t miraculũ. Vide ꝓdigi-
um frater mi Thimothee die victimatõnis
illoꝝ. Nã p̄ſens fui in t̄pe ſeparationis coꝝ
poſt mortē autē illoꝝ vidi eos ad inuicē ma-
nu ad manũ intrantes portas vrbis et indu
tos veſte luminis et coronis claritatis et lu-
cis ornatos. hec Dioniſiꝰ. Cui de his rebuſ
loquenti plena eſt adhibenda fides. tũ q2 ex
gentili et ph̄o ſummo factꝰ fuit nõ ab re pau
li diſcipulus. tum q2 ſapiētia et virtute pol-
lebat. tum q2 ꝓpter xp̄m et ipe non ſine cauſa
paſſionē ſuſtinuit. Igit̄ queramus cũ dei ad
iutorio q̄ntum poſſumꝰ ſanctoꝝ imitari ve-
ſtigia vt ſic ſocietatꝭ coꝝ ꝑticipes mereamur
eſſe in illo felicitatis regno in quo pax ſum-
ma eſt. Ad qđ nos ꝑducat clemētia xp̄i q̃ vi
uit et regnat in ſeculã ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo trigeſimuſquartus de ſancto an-
drea ap̄lo frē ſimonis petri ⁊ i paſſione ſocio

ERat autē andre-
as frater ſimonis petri vnꝰ ex duo
bus q̃ audierant a Johãne et ſecu
ti fuerant ieſum. Scribunt̄ hec verba Jo. i.
ca. Celebre nomē beati Andree ꝑ terrarũ or-
bem latiſſime diffuſum eſt. quoniã nõ ſoluꝫ
in hac vita virtutibꝫ plurimis floruit et in re
gno celeſti fulget gloria mirabili ſed inſuper

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf